Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eicio. Si ergo in beelzebub eicio
demonia, filii vestri in quo eiciunt?
Prudenti interrogatione coarta
uit eos. Quasi dicat: Si meum et
filiorum vestrorum unum opus est, quare fi
liorum vestrorum dicitis opus dei, et meum
ascribitis principi demoniorum?
Filios iudeorum ex eadem gente na
tos dicit apostolos, in quibus non artifi
ciosa malignitas sed diuine vir
tutis operabatur simplicitas. Ideo
ipsi iudices vestri erunt, iuxta illud:
sedebitis super sedes XII iudican
tes, et cetera. Siue filios iudeorum ap
pellat illius temporis exorcistas, qui ad
inuocationem nominis dei demonia
eiciebant, sicut in actibus apostolorum de fi
liis Sceue legitur, qui iudices erant iu
deorum comparatione melioris facti,
dum expulsionem demonum deo tan
tum ascribunt. Si ego in spiritu dei eicio
demonia, igitur peruenit in uos regnum
dei. Matheus in spiritu dei, Lucas dicit
in digito dei, quia digitus dei spiritus sanctus est.
Hoc digito scripte sunt tabule lapi
dee quas dominus dedit Moysi, de hoc
dixerunt malefici ad pharaonem: Di
gitus dei est. Digito discretionem melius
facimus, et spiritus dei digitus est nuncu
patus propter distributiones donorum.
Unde ait de sancto spiritu apostolus: Alii quidem
per spiritum datur sermo scientie, et cetera
usque: hec omnia operatur unus atque idem spiritus
diuidens singulis prout uult. Nec
tamen debet credi minor patre et fi
lio, quamuis iste per digitum, et pater per ca
put plerumque, et filius designetur per manum et
brachium. Quia ut dicit beatus Ambrosius, si
ne scandalo fiat membrorum inequali
tas, edificetur corporis unitas. Itaque
peruenit in uos regnum dei. Regnum dei
seipsum appellat. Quasi dicat: Etiam
secundum uestram sententiam peruenit in
uos regnum dei, quia Christus est inter uos,
et ideo regnum diaboli stare non potest, quem
uos diuisum esse fatemini. Aut quomodo
potest quisquam intrare in domum fortis
et uasa eius diripere, nisi prius alligauerit
fortem, et tunc uasa eius diripiet? Sub
iunxit hanc similitudinem ut scri
barum et phariseorum calumpniam de
strueret. Quantum ad hystoriam patet
sensus. Spiritaliter fortem appellat diabo
lum, quia sua fortitudine genus huma
num possedit, ut nullus ab eius ser
uitute liberari posset nisi diuina gratia.
Domum uero appellat mundum in malig
no positum, uasa uero homines a diabolo
deceptos. Fortiorem se dicit. Ille ni
mirum qui de spiritu sancto et uirgine Ma
ria natus est, incomparabiliter fortior illo
extitit. Qui tunc in domum fortis in
trauit, cum per mysterium incarnationis
in mundum uenit. Alligauit fortem,
cum per passionem suam uires diaboli
cohibuit et compressit. Diripuit ua
sa eius, quia homines ab ipsius potestate eri
puit. Qui non est mecum contra me est,
et qui non congregat mecum dispergit.
Quasi dicat: Non est ut uos dici